



M. ANTONII
SABELLICI,
RERUM VENETARUM

AB URBE CONDITA,
DECADIS SECUNDÆ,

LIBER IX.



Cium inde domi forisque toto triennio 1409

fuit: nec apud auctores quos sequimur,
quicquam memoria dignum eo temporis
spatio gestum reperio. Quo exacto (fuit
annus ille salutis nonus supra quadrin-
gentesimum ac millesimum) Ladislaus
Rex ex Italia in Pannoniam ad pater-

num regnum recuperandum ducturus, in Dalmatiam cir-
ca Jaderam confedit. Fuit is Caroli illius filius, qui Ge-
nuensi bello aliquandiu Taurisium obsedit: unde postea
accerfitus in Appuliam, ad mortem Andreæ Regis adver-
sus